



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XC. Ad Melchiorem Iaegerum Consil. VVirteberg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Thobiæ Zorero Iuris*c*.

*Qui famulus tandem famulorum postulat esse
Plures hic famulos, quam ferat v*s*us, alat.*

XXCIX.

Nicolao Mario Iuris*c*.

*Sic recte viuis, si curas esse, quod audis:
Virtus, virtutis non placet umbra mibi.*

X C.

Ad Melchiorem Iægerum

Consil. VVirteberg.

Quid sit viuere, M E L C H I O R, beate:

Pulcrè Marsilius docet Ficinus.

Primum noscere vera sit: secundum

Consultare benè: atque tertium sit

Semper velle bonum: bonumque quartum

Quod vis, hoc agere. absoluta virtus

Constat quatuor hisce rebus omnis:

Prudens vt, sapiensque sis, & vna

Iustus, perpetuoque perseverans.

Qui sic viuit, homo beatus ille

Viuit: qui secus: ille non homo, sed

Turpis bestia jure nominatur.

XCI.

Ioan. Thomæ Freigio IC.